



Universitätsbibliothek Paderborn

Spiritvalis Thesavrvs Missæ

Sánchez, Gaspar

Coloniae Agr[ippinae], 1619

Accessvs et Recessvs Altaris, Et Nonnvllæ perpulchræ Orationes ante & post Celebrationm recitandæ, in gratiam deuotorum Sacerdotum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](#)

**ACCESSVS
ET RECESSVS AL-
TARIS, ET NONNVL-
Iæ per pulchræ Orationes ante
& post Celebrationm reci-
tandæ, in gratiam deuo-
torum Sacer-
dotum.**

Anno

1619.



**COLONIAE A GRIPPINA
Apud Petrum Henningium.
*Cum licent. Superiorum.***

ACCESSVS ALTARIS.

V. Domine Labia mea aperies.

R. Et os meum annunciat laudem tuam.

V. Deus in adiutorium meū intende.

R. Domine ad adiuuandum me festina. Glor. Patri, &c.

Hymnus.

Veni creator spiritus,
Mentes tuorum visita
Imple superna gratia
Quæ tu creasti pectora.

Qui paracletus diceris
Donum Dei altissimi
Fons viuus, ignis, charitas,
Et spiritualis vinctio.

Tu septi formis munere.

Dex-

298 ACCENSUS

Dextræ Dei tu digitus,
Tu rite promissum patris
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus
Infunde amorem cordibus
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpetim.

Hostem repellas longius
Pacemque dones protinus,
Ductore sic te præuio
Vitemus omne noxium.

Per te sciamus da Patrem
Noscamus atque Filium
Te vtriusque Spiritum.
Credamus omni tempore.

Gloria Patri Domino
Natoque qui à mortuis
Surrexit ac Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

Anti-

Antiphona.

NE reminiscaris, Domine,
delicta nostra, vel paren-
tum nostrorum, neque vindi-
ctam sumas de peccatis nostris.

Psalmus. 83.

QVAM dilecta tabernacula
tua Domine virtutum: cō-
cupiscit, & deficit anima mea in
atria Domini.

Cor meum, & caro mea ex-
ultauerunt in Deum viuum.

Etenim pascer inuenit sibi
domum: & turtur nidum sibi,
vbi reponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutū:
rex meus, & Deus meus.

Beati, qui habitant in do-
mo tua Domine: in sæcula fæ-
culorum

300 ACCESSVS
culorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxiliū
abs te; ascensiones in corde suo
disposuit in valle lachrymarū,
in loco, quem posuit.

Etenim benedictionem da-
bit legislator, ibunt de virtute
in virtutem : videbitur Deus
Dearum in Sion.

Domine Deus virtutum ex-
audi orationem meam, auribus
percipe Deus Iacob.

Protector noster aspice De-
us, & respice in facie Christi tui.

Quia melior est dies vna in
atrijs tuis super millia.

Elegi abiectus esse in domo
Dei mei magis : quam habitare
in tabernaculis peccatorum.

Quia

Quia misericordiam, & ve-
ritatem diligit Deus: gratiam,
& gloriam dabit Dominus.

Non priuabit bonis eos, qui
ambulant in innocentia: Domi-
ne virtutum, beatus homo, qui
sperat in te

Gloria Patri.

Psalmus 84.

Benedixisti Domine terrā
tuam, auertisti captiu-
tatem Iacob.

Remisisti iniquitatem ple-
bis tuæ: operuisti omnia pec-
cata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam:
auertisti ab ira indignationis
tuæ.

Conuerte nos Deus salutaris

Cc noster:

noster: & auerte irā tuam à no-
bis.

Nunquid in æternum irasce-
ris nobis ? aut extendes iram
tuam à generatione in genera-
tionem?

Deus tu conuersus viuifica-
bis nos: & plebs tua lætabitur
in te.

Ostende nobis Domine mi-
sericordiam tuam : & salutare
tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in
me Dominus Deus : quoniam
loquetur pacē in plebē suā.

Et super sanctos suos: & in e-
os, qui conuertuntur ad cor.

Veruntamē prope timentes eū
salutare ipsius : vt inhabitet
gloria

gloria in terra nostra.

Misericordia, & veritas obueniauerunt sibi: iustitia, & pax oscularæ sunt.

Veritas de terra orta est: & iustitia de cœlo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Gloria Patri.

Psalmus. 85.

Inclina Domine aurem tuā,
& exaudi me: quoniam inops, & pauper sum ego.

Custodi animam meā, quoniam sanctus sum: saluum

Cc 2 fac

304 A C C E S S U S
faſeruum tuum, Deus meus,
ſperantem in te.

Miferere mei Domine, quoniā
ad te clamaui tota dic: læ-
tifica animam ſerui tui, quoniā
ad te Domine animam meam
leuaui.

Quoniam tu Domine ſuavis,
& mitis, & multæ misericordię
omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe Domine o-
rationem meam: & intende vo-
ci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ cla-
maui ad te: quia exaudisti me.

Non eſt ſimilis tui in dijs
Domine: & non eſt secundum
opera tua.

Omnes gentes quascunque
fecisti,

fecisti, venient, & adorabūt co-
ram te Domine: & glorificabūt
nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & fa-
ciēs mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via
tua, & ingrediar in veritate tua:
lætetur cor meum vt timeat no-
men tuum.

Confitebor tibi Domine
Deus meus in toto corde meo,
& glorificabo nomen tuum in
æternum.

Quia misericordia tua magna
est super me: & eruisti animam
meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt
super me, & synagoga potentiu-
m quæsierunt animam meam,

C c 3 & non

306

ACCESSVS

& non proposuerunt te in con-
spectu suo.

Et tu Domine Deus misera-
tor & misericors, patiens, &
multæ misericordiæ, & verax.

Respice in me, & miserere
mei, da imperium tuum puer
tuo: & saluum fac filium ancille
tuæ.

Fac mecum signum in bonū,
ut videant qui oderunt me, &
confundantur: quoniam tu
Domine adiuuisti me, & con-
solatus es me.

Gloria Patri.

Psalmus 115.

C Redidi, propter quod lo-
cutus sum: ego autem hu-
milia-

miliatus sum nimis.

Ego dixi in excelsum meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino,
pro omnibus, quæ retribuit
mihi?

Calicem salutaris accipiam:
& nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam,
coram omni populo eius: pre-
tiosa in cōspectu Domini mors
Sanctorum eius.

O Domine quia ego seruus
tuus: ego seruus tuus, & filius
ancillæ tuæ,

Dirupisti vincula mea: tibi
sacrificabo hostiam laudis, &
nomen Domini inuocabo.

Cc 4 Vos

Vota mea Domino reddam
in conspectu omnis populi e-
ius: in atrijs domus Domini, in
medio tui Hierusalem.

Gloria Patri.

Psalmus 129.

DE profundis clamaui ad te
Domine: Domine exaudi
vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentæ,
in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris
Domine, Domine quis sustine-
bit?

Quia apud te propitiatio est,
& propter legem tuam sustinui
te Domine.

Sustinuit anima mea in ver-
bo eius : sperauit anima mea
in

in Domino.

A custodia matutina usque
noctem: speret Israel in Domi-
no.

Quia apud Dominum mis-
ericordia: & copiosa apud cum
redemptio.

Et ipse redimet Israel, ex o-
mnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri.

Antiphona.

NE reminiscaris Domine de-
lictæ nostræ, vel parentum
nostrorum: neque vindictam
sumas de peccatis nostris.

Sacerdos dicit.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater

Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Ego dixi, Domine miserere mei.

R. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

V. Conuertere Domine aliquantulum.

R. Et deprecare super seruos tuos.

V. Fiat misericordia tua Domine super nos.

R. Quemadmodum sperauimus in te.

V. Sacerdotes tui induantur iustitiam.

R. Et Sancti tui exultent.

V.AB

ALTARIS.

311

V. Ab occultis meis munda me
Domine.

R. Et ab alienis parce seruo
tuo.

V. Domine exaudi orationem
meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

A Vres tuę pietatis, mitissime
Deus, inclina precibus no-
stris, & gratia sancti Spiritus il-
lumina cor nostrum : vt tuis
mysterijs dignè ministrare, te-
que æterna charitate diligere
mereamur.

D Eus, cui omne cor patet, &
omnis voluntas loquitur,
& quem nullum latet secre-
tum:

tum: purificā per infusionē san-
cti Spiritus cogitationes cordis
nostrī: vt te perfectē diligere, &
dignē laudare mereamur.

VReigne sancti Spiritus re-
nes nostros, & cor nostrū,
Domine: vt tibi casto corpore
seruiamus, & mundo corde pla-
ceamus.

Mentes nostras, quæsumus
Domine, Paracletus qui à
te procedit, illuminet: & indu-
cat in omnem, sicut tuus pro-
misit filius, veritatem.

ADsit nobis, quæsumus Do-
mine, virtus Spiritus san-
cti,

Et, quæ & corda nostra clemē-
ter expurget, & ab omnib. tue-
atur aduersis.

Deus, qui corda fidelium
sancti Spiritus illustratio-
ne docuisti: da nobis in eodem
Spiritu recta sapere, & de eius
semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quæ-
sumus Domine, visitando
purifica, ut veniens Dominus
noster Iesus Christus filius tu-
us, paratam sibi in nobis inue-
niat mansionem. Qui tecum vi-
uit & regnat in unitate Spiritus
sancti Deus, per omnia
sæcula sæculorum.

Amen.

Dd

Ora-

Oratio ante Missam.

A Cerbissimam passionē Do-
mine Iesu Christe, mortis
angustiam, mœstitudinem, tedium
& pauorem, guttas sanguinei
sudoris, probra, sputa, col-
phos, irrisiones, accusationes &
alapas, vincula, flagella, contu-
melias, & terrores, spincam co-
ronam, crucem, clavos, fel, ace-
tum, & lanceam, quibus usque
ad mortem iustus pro iniustis,
innocenter & crudeliter affli-
ctus es ad mentem reuocans:
doloroso tibi corde compati-
gestio, & eiusdem passionis tuæ
memoriam pro conficiendo,
tractando, & accipiendo sa-

cra-

eratissimo tui pretiosi corporis & sanguinis Sacramento,
Altare tuum proponens accedere; dignitatem & redieren-
tiam ipsius Sacramenti atten-
dens, ac meipsum probando,
propriam fœditatem considerans, vereor ne in iudicium mihi,
& condemnationem acce-
dam, quod si prætermifero, &
sacerdotali officio non accesser-
o, timeo ne ex iniobedientia
negligentiaque condener. Qui
igitur te à peccatoribus ex-
orari, tibiique contriti cor-
dis sacrificium offerri præci-
pis, ignosce precor peccan-
ti, parce confitenti, miserere ro-
ganti. Et da mihi spiritum

D d 2 con-

Do
ortis
ium
inei
ola-
s &
tu-
co-
ce-
que
cis,
Hi-
ns:
ati
ux
o,
i-

contribulatum, quem tibi gratum Sacrificium reuelasti, ut eo purificatus, non solum Sacramentum, sed etiam virtutem Sacramenti suscipere merear: quod omnia peccata mea deleat: & ea deinceps vitandi tabulam securissimam praestet. Mihiique & omnibus fidelibus viuis & defunctis pro quibus illud offerre aggredior, in nostrorum remissionem peccaminum & vitam proficia. sempiternam Amen.

Oratio deuotissima dicenda à Sacerdote antè vel post Celebrationm.

Pater cœlestis clementissime Domine, pater misericordia-

cordiarum: Suscipe hodie per
manus serui tui hoc sacrosāctū
Sacrificium, verum corpus &
sanguinem vnigeniti filij tui
Domini nostri Iesu Christi in
satisfactionem, & remissionem
omnium peccatorum meorum,
in salutem, & fortitudinem ani-
mæ meæ, & totius domus mee,
& omnium illorum, quibus ali-
qua obligatione teneor, & om-
nium Dominorum, Prælato-
rum, Prædicatorum, Sacerdo-
tum, & Religiosorum Catholi-
cæ fidei, vt eis gratiam Spiritus
sancti impartiri digneris ad sa-
lutem animarum suarum, & re-
gimen totius populi Christia-
ni, & omnium peccatorum hu-

D.d 3 ius

ius mundi, vt eos conuertas, &
ducas ad viam salutis, in consola-
tionem omnium tribulato-
rum, vt eis adiutorium, & ve-
ram patientiam tribuas; in re-
frigerium, & liberationem o-
mnium animarum existentium
in Purgatorio, & maximè illa-
rum quæ auxiliū à me iure ex-
pectant, & ad illuminationem
& conuersionem omnium gen-
tium infidelium, & hæretico-
rum, & schismaticorum, vt co-
gnoscant, & ament te, summam
veritatem, Patrem omnipoten-
tem, qui cum Filio, & Spiritu
sancto es laudabilis Deus, & be-
neditus in sæcula sæculorum.
Amen.

GRE-

GREGORIVS XIII. PONT.
Max. concessit cuilibet dicenti qua-
sequuntur, Quinquaginta an-
norum Indulgen-
tias.

Ego volo celebrare Missam,
& confidere Corpus, & San-
guinem Domini nostri I E S V
Christi, iuxtaritum sancte Ro-
manæ Ecclesiæ, ad laudem O-
mnipotentis Dei, totiusq; Cu-
riæ triumphantis, ad utilita-
tem meam, totiusq; Curiæ mi-
litantis pro omnibus, qui se cō-
mendauerunt orationibus meis
in genere, & in specie, & pro
fœlici statu sanctæ Roman. Ec-
clesiæ. Amen.

D d 4 Gau-

GAUDIUM CUM PACE, emanationem vitæ, spacium veræ pœnitentiæ, gloriæ & consolationem sancti Spiritus, perseverantiam in bonis operibus, tribuat nobis omnipotēs & misericors Dominus. Amen.

Oratio dicenda ante Missam.

DEUS, qui de indignis dignos facis, & de peccatoribus iustos, & de immundis mundos: munda cor, & corpus meum ab omni contagione, & forde peccati, & fac me dignum atque strenuum sanctis altaribus tuis ministrum: concede propitius, ut in hoc altari, ad quod indignus accedo, hostias acceptabiles, atque placabiles offe-

offeram pietati tuæ pro peccatis, & offenditionibus innumeris- que & quotidianis excessibus meis, atque cunctorum simul Christianorum culpis abluendis, & per eum sit tibi votum meum acceptabile, qui se tibi Deo patri pro nobis obtulit sa- crificium. Qui tecum viuit & regnat in virtute Spiritus sancti Deus, &c.

Alia Oratio.

O Bsecro te dulcissime Ie-
su Christe, ut passio tua sit
mihi virtus, qua muniar, pro-
tegar, atque defendar; vulnera
tua sint mihi cibus, & potus,
quibus pascar, enutrier, atque
delester; aspersio sanguinis tui

Dd 5 sit

322 ACCESSVS

Sit mihi ablutio omnium peccatorum meorum. Mors tua sit mihi vita indeficiens: Crux tua sit mihi gloria sempiterna: resurrectio & auxilium, sanitas & gaudium, desiderium & solatiū cordis mei nūc, & in perpetuū. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Aliam orat. quære. fol. 333.

RECESSVS ALTARIS.

Trium puerorum cātemus hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes Dominum.

Can

Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in saecula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite caeli Dominu.

Benedicite aquæ omnes, quæ super caelos sunt, Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite Sol & Luna Domino: benedicite stellæ caeli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino: benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æstus Domino: benedicite æstas & frigus Domino.

Be-

Benedicite rores & pruina
domino: benedicite gelu & fri-
gus domino.

Benedicite glacies & niues
domino: benedicite noctes &
dies domino:

Benedicite lux & tenebræ
domino: benedicite fulgura &
nubes domino.

Benedicat terra dominum:
laudet & super exaltet eū in sæ-
cula.

Benedicite montes & colles
domino : benedicite yniuersa
germinantia in terra domino.

Benedicite fontes domino:
benedicite maria&flumina do-
mino.

Benedicite cete, & omnia
qua

quæ mouentur in aquis, domino: benedicte omnes volucres cœli domino.

Benedicte omnes bestiæ, & pecora domino: benedicte filij hominum domino.

Benedicat Israel dominum: laudet & superexaltet eum in sœcula.

Benedicte sacerdotes domini domino : benedicte serui domini domino.

Benedicte spiritus & anime iustorum domino, benedicte sancti & humiles corde domino.

Benedicte Anania, Azaria, Misael domino, laudate & superexaltate eum in sœcula.

Ee Bene-

Benedicamus Patrem & Fi-
lium cum sancto Spiritu: lau-
demus & superexalte mus eum
in sœcula.

Benedictus es Domine in
firmamento cœli: & laudabilis
& gloriosus, & superexaltatus
in sœcula.

Psalmus 150.

LAUDATE Dominum in san-
ctis eius: laudate eum in fir-
mamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus
eius: laudate eum secundū mul-
titudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ:
laudate eum in psalterio & ci-
thara.

Laudate eum in tympano
& cho-

& choro: laudate eum in chor-
dis & organo.

Laudate eum in cymbalis
benesonantibus, laudate eum
in cymbalis iubilationis: omnis
spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, &c.

Canticum Simeonis.

Nunc dimittis seruum tuū
Domine: secundum ver-
bum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei sa-
lutare tuum.

Quod parasti: ante faciem
omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gē-
tium: & gloriam plebis tuæ Is-
rael.

Ee 2 Glo-

Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nūc & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde repetitur Antiphona.

Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes Dominum.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Con-

V. Confiteantur tibi Domine
omnia opera tua.

R. Et sancti tui benedicāt tibi.

V. Exultabunt sancti in gloria.

R. Lætabuntur in cubilibus
suis.

V. Non nobis Domine non
nobis.

R. Sed nomini tuo da gloriam.

V. Domine exaudi orationem
meam.

R. Et clamor meus ad te ve-
niat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui tribus pueris miti-
gasti flamas ignium: con-
cede propitius, ut nos famulos

E e 3 tuos

330

RECESSVS
tuos non exurat flamma vitio-
rum.

Actiones nostras, quæsumus
Domine, aspirando præ-
ueni, & adiuuando prosequere,
ut cuncta nostra oratio, & ope-
ratio à te semper incipiat, & per
te cœpta finiatur.

Da nobis quæsumus Domi-
ne, vitiorum nostrorum
flammas extinguere: qui beato
Laurentio martyri tuo, tribui-
sti tormentorum suorum in-
cendia superare. Per Chri-
stum Dominum no-
strum. A-
men.

Oratio

Oratio Leonis Papæ, quam qui post
Officium dixerit, remissionem ad-
missarum negligentiarum in
Officio recitando con-
sequetur.

Sacrosanctæ & indiuideæ
Trinitati, Crucifixi Iesu
Christi Domini nostri huma-
nitati, & Beatissimæ ac Glorio-
sæ Virginis Mariæ fecunditati,
& omnium sanctorum Vni-
uersitati sit sempiterna laus, ho-
nor, virtus, gloria, ab omni cre-
atura, nobisq; remissio pecca-
torum per infinita sæcula sæcu-
lorum. Amen.

V. Beata vistera Mariæ Vir-
ginis quæ portauerunt æterni
patris filium.

E e 4

R. Be-

R. Beata vbera quæ lactauerūt
Christum Dominum.

Pater noster. Aue Maria, &c.

Oratio post Missam.

O Mnipotēs sempiterne De-
us, conseruator animarum,
mundique redemptor, me fa-
mulum tuum ante Maiestatem
tuam prostratum benignissimè
respice, & Sacrificium, quod in
honore nominis tui pro salute
fidelium tam viuorum, quam
etiam defunctorum, & pro pec-
catis, & offenditionibus meis ob-
tuli, piissimè respice, iram tuā à
me remoue, gratiam & miseri-
cordiam mihi concede, ianuam
paradyſi mihi pande, ab omni-
bus malis me potenter eripe, &
quic-

quicquid proprio cōmisi rea-
tu, clementer indulge: Et sic in
hoc sēculo, in præceptis tuis
fac me perseverare, vt dignus
electorum gregi copulari effi-
ciar: te præstante Deus meus,
cuius nomen benedictum: ho-
nor, atque regnum permanet in
sēcula sēculorum, Amen.

Oratio S. Martini Papæ

ante Missam.

O Domine Iesu Christi fili
Dei viui, miserere mihi mi-
sero peccatori & omnibus ser-
uis tuis, qui tibi hodie sacrati-
sum ac pretiosissimum salu-
tis nostræ pretium pretiosi vi-
delicet corporis & sanguinis
tui offerunt Sacramentum. Et

da

da nobis gratiam & virtutem,
& fortitudinem immolandi,
offerendi ac sumendi hoc sacro
sanctum corpus & sanguinem
tuum in fide recta, spe firma, &
charitate perfecta cum augme-
to humilitatis & patientiae, o-
bedientiae, castitatis ac totius
sanctitatis. In honorem & lau-
dem sanctae & individuae Tri-
nitatis, beatissimaeque virginis
Mariæ. In gaudio Sanctorum
Archangelorum & Angelorum,
Patriarcharum, Prophetarum,
Apostolorum, Martyrum, Cō-
fessorum, atque Virginum, &
omnium Sanctorum atque ele-
ctorum tuorum iam in æterna
patria lætantium. Et præsta, vt
sicut

sicut illos tam pleno & sereno
splendore vultus tui sine defe-
ctu facias. Sic nos degentes in
hac miseria tua gratia reficias:
eos qui in pœnis sunt purgato-
rij, ac ibi æstuant tua misericor-
dia eripias, & sicut es illis in gau-
dium, sic nobis huius vitalis Sa-
craméti perceptio sit in subsi-
dium & his qui in pœnis sunt
in refugium. Miserere igitur
clementissime Domine Iesu
Christe per huius viuifici Sacra-
menti virtutem sanctæ & uni-
uersali Ecclesiæ & omnia mala,
scilicet hæreses, discordias, dis-
fensiones ab ea euelle, erratesq;
in ea corrigē, incredulos ad fidē

con-

336 R E C E S S V S

conuerte, schismaticos ad vnitatem sanctæ Ecclesiæ fac redire, & ipsis lumen tuæ veritatis ostende, peccatoribus veram pœnitentiam largire, iustos in bono proposito fac perseverare, populo Christiano misere, clerum defende. Religiosos in seruicio tuo sancto conseruare dignare, omnesque laborantes conforta, tristes consolare, infirmis sanitatem corporis & animæ restitue, pauperibus ac egentibus omnia corporis & animæ necessaria tribue, peregrinis & exulantibus cum salute ad propria fac remeare, in periculis aquarum positis ad portum suæ voluntatis fac pertin-

tingere, prægnantibus partum
gaudium misericorditer largi-
re. In vinculis & carceribus de-
tentos absolue, Omnibus cum
quibus peccauimus, vel quos
ad peccandum induximus, &
nobis misericors pater indul-
ge, omnib. quos cōturbauimus,
lēsimus, scādalizauimus, vel de-
fradauimus tu. gratiōse creator
persolue, omnib. parētib. ami-
cis, inimicis, cōfratrib. & cōsan-
guineis familiaribus & benefa-
ctoribus, & quorum utimur
vel vſi ſumus Eleemosynis, o-
mnibusq; pro nobis Deum ex-
orantibus, vel orationibus no-
stris ſe commendantibus omnia
bona tribue, & eos ab omni ma-

Ff lo

Io defende, in tuoque eos ser-
uitio fac perseverare vsque in
finē. Et post huius cursum mi-
seriæ ad te qui es vera patris
merces, præmium æternum &
gloriam da peruenire. In tribu-
lationibus, persecutionibus, &
tentationibus ad te clamanti-
bus auxiliare, in agone positis
de hoc quoque seculo exituris
succurre, & animas eoru à fau-
cibus, rugientis inimici eripe.
Inimicis nostris & nobis verā
charitatem largire, omnibusq;
tuis fidelibus per huius Sacra-
menti virtutem præsta subsi-
dium, auxilium, & consolamē.
Adhuc in carne præsentibus tu-
am gloriam largiendo, futuros

tua

tua misericordia præueniendo,
præteritis vero omnib. æternā
requiem tribuendo, Deus qui
es trinus, & vnus per cuncta sæ-
culorum sæcula benedictus,
Amen.

Imploratio Patronorum.

ET vt efficax mea depreca-
tio sit B. Mariæ semper Vir-
ginis suffragium peto: quā tan-
ti meriti esse fecisti: vt prima
inter mulieres omnes hoc no-
uum munus infirmitatis offer-
ret: vt Deum virgo pareret,
post partum virgo permaneret,
adsit mihi quæso semper & v-
biq; beatorū angelorū custodia
& præsta, vt apud te pro me
misero peccatore sanctorum

Ff 2

ange-

340 R E C E S S V S

angelorum agmina intercedat.
Intercessiones Apostolorū imploro , qui beatissima Christi passionis vestigia sunt secuti,& ad tantam celsitudinem peruerterunt , vt quæcunque ligarent super terram, essent ligata & in cœlis , & sedent super thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Martyrum preces exposco , quod pro tuo nomine sanguinem suum non dubitauerunt fundere, & duxerunt animas suas vsque ad mortē, vt mortis auctore superarēt. Cōfessorū orationes ex postulo, qui bella tētationū piè dū viueret in Cathol. fide, & hæreticorum cōfessione diutissima certamina

tamina pertulerunt longioris
occultique martyrij palmas ac-
ceperunt. Subueniat mihi apud
miram tuam chorus sanctorum
virginum tuarum quarū prin-
cipatum tenet beata virgo Ma-
ria: vbi ipsa cum omnibus san-
ctis intercedat, vt ad vitam per-
ueniam sempiternam te mise-
rante & donante. Qui cum Pa-
tre, &c.

Gratiarum Actio post Missam.

Gratias tibi ago Domine pi-
jissime, quod me ad officiū
sacerdotale elegisti. Gratias tibi
ago dulcissime Deus, quod me
tuo dulcissimo corpore & san-
guine refecisti. Gratias tibi ago

Ff 3 domi-

domine clementissime, pro de-
uotione qua me in hac Missa
specialiter respexisti. Gratias
tibi ago benignissime Deus,
quod me protegendo à pericu-
losis negligentijs custodisti.
Mi domine deus ecce pro gra-
tissima electione, pro dulcissi-
ma refectione, pro tā pijsima
respectione, pro tam benignis-
sima protectione & custodia ti-
bi optime deus, ex toto corde
gratias ago, te benedico, te lau-
do, te glorifico in æternum. Eia
nunc oro pijsime Deus, vt sit
mihi hoc dulcissimum Sacra-
mentum contra omnium pec-
catorum meorum vulnera ef-
ficacissimum medicamentum.

Siz

Sit mihi benignissime Deus,
hoc dulcissimum Sacramentum,
omnis virtutis & gratiæ victo-
riosissimū complementum. Sit
mihi piissime Deus, hoc dulcis-
simum Sacramentum tam in vi-
ta, quam in morte contra om-
nia pericula validissimum tu-
tamentum. Sit mihi dulcissime
deus hoc amantissimum Sacra-
mentum ad æternam beatitu-
dinem solidissimum fulcimen-
tum. Mi domine deus per sum-
ptam quæso Eucharistiam, da
mihi ut à peccatis emundatus,
merito secundatus, sine bono
consummatus, tecum in perpe-
tuū sim beatus, cui est honor, &
gloria in sœcula sœculorū, Amē.

Ff 4

Exhort-

*Exhortatio ad crebram & frequen-
tem Missæ celebrationem, ex aureis
planè Seraphici Doctoris Bona-
uenturæ (de fructibus Mis-
sæ) verbis.*

Quando Sacerdos est abs-
que peccato mortali, &
in proposito bono, legi-
timum non habens impedimē-
tum, & non ex reuerentia, sed
negligentia celebrare omittit;
tunc quantum in se est, priuat
Trinitatem laude & gloria, An-
gelos lætitia, Peccatores venia,
Iustos subsidio & gratia, in pur-
gatorio existentes refrigerio,
Ecclesiam Christi spirituali, &
scipsum medicinali remedio,
omni-

ALTARIS. 345

omnibusque bonis prouenientibus ex facra communione, quæ sunt peccatorum remissio, somnis mitigatione, mentis illuminatio, interior refectio, Christi & corporis eius mystici incorporatio. Virtutum roburatio, contra diabolum armatio, fidei certitudo, eleuatio spei, excitatio charitatis, augmentatio deuotionis, & communicatio Angelorum.

Liber Alleg. Societ. Jesu Paderborn.

F I N I S.

